ex priore autem inſtituto circa oratio-nem eſt exercitatio adhibenda.

A ἐκ δὲ τῆς προτέρας συντάξεως, περὶ τοὺς λόγους γυμνάζεσθαι.

Quæ ſequuntur ad finem vſque, non reperiuntur in quibuſdam editionibus, neque ſanè videntur huc pertinere. Legitur autem maxima horum pars in ſuperioribus. Deſiderari verò aliquid de fine huius operis, non ſine ratione ſuſpicetur fortaſſe aliquis. Pauca tamen, (ſi quicquam omnino deeſt) deſiderantur.

Sacrificia verò, vti præmiſſum eſt, faciemus ad deos quidem piè, ad ſumptus autem moderatè, ad ſpectacula verò ſplendidè, ad ciues autem vtiliter. Et aduerſus immortales quidem deos ea habebunt piè, ſi patrio more ſacrificemus. Ad ſumptus autem moderatè, ſi non quæcunque miſſa fuerint, ab his, qui ſumptibus præſunt conſumantur. Ad ſpectacula verò ſplendidè, ſi magnifico ſint apparatu conſtituta. Ad ciues autem vtiliter, ſi & equites, & grauioris armaturæ pedites bellè inſtructi pompam celebrent. Quæ igitur hoc modo mortales in Deos fecerint, piè certè fecerint. Eos autem amicos comparabimus, qui ſint nobis moribus non diſsimiles, & quibus eadem, quæ etiam nobis, conducant, & quibus magnis in rebus communis nobiſcum fortuna ſit: talis enim amicitia perdurat maximè. Socios autem eos facere debemus, qui & iuſtiſsimi ſint, & non mediocri valent potentia, & in proximo habitent: hoſtes autem faciemus, qui horum ſint contrarij. Suſcipiendum autem bellum in eos eſt, qui Rempublicam, aut eius ſiue amicos, ſiue ſocios iniuria violare moliuntur. (Præſidia autem habeamus oportet, aut noſtra, aut ſociorum, aut hoſpitum cauſa: & primò quidem noſtra: demum ſociorum, tertio verò hoſpitum. De tributis autem id quidem eſt optimum, quod à priuatis prouentibus, ac poſſeſsionibus proficiſcitur: ſecundum verò à cenſibus: tertium autē à pauperibus, qui ſua corpora miniſteriis præbent: ab opificibus autem arma: à locupletibus verò pecunia. De adminiſtratione autem Reip. popularis quidē principatus eſt optimus, in quo leges optimatibus honores diſtribuunt: plebs verò neque dandis priuatur ſuffragiis, neque ferendis quidem ſententiis: proxima verò illa eſt, in qua leges à ditioribus affici contumelia plebem non ſinunt. Principatus autē paucorū duo ſunt genera. Aut .n. eſt ex amicitia & ſocietate quadam, aut à cenſib. Neceſſe autē eſt, ſocios faciamus, cùm ciues minus ex ſe potentes ſunt, qui tum ſolum, tum oppida tueantur, aut hoſtibus repugnent. Eſt autē ſocietas omittenda, cùm aut eam facere non ſit opus, aut ſocij longè à nobis diſtent, neq. potentes ſint, qui opportunè adſint. Ciuis autē bonus eſt, qui amicos ciuitati vtiliſſimos cōparat, inimicos verò & pauciſsimos &

Τὰς δὲ θυσίας δεῖ ποιεῖν ὡς προείρηται· πρὸς μὲν θεούς, ὁσίως· πρὸς δὲ τὰς δαπάνας, μετρίως· πρὸς δὲ τὰς θεωρίας, λαμπρῶς· πρὸς δὲ τοὺς πολίτας, ὠφελίμως. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς θεοὺς ὁσίως ἕξουσιν, ἐὰν κατὰ τὰ πάτρια
B θύωμεν· πρὸς δὲ τὰς δαπάνας μετρίως, ἐὰν μὴ τὰ πεμπόμενα πάντα τοῖς δαπανωμένοις συναναλίσκηται. πρὸς δὲ τὰς θεωρίας λαμπρῶς, ἐὰν μεγαλοπρεπῶς ὦσι κατεσκευασμένα· πρὸς δὲ τοὺς πολίτας ὠφελίμως, ἐὰν ἱππεῖς καὶ ὁπλῖται διεσκευασμένοι συμπέμπωσι. τὰ μὲν δὴ πρὸς τοὺς θεοὺς οὕτω γινόμενα ὁσίως ἂν ἔχοι. Φιλίαν δὲ στησόμεθα πρὸς
C τοὺς ὁμοιοτρόπους ἡμῖν, καὶ οἷς ταὐτὰ συμφέρει, καὶ οἷς περὶ τὰ μέγιστα ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμῖν κοινωνεῖν· ἡ γὰρ τοιαύτη μάλιστα συμβαίνει φιλία. Συμμάχους δὲ ποιεῖσθαι τοὺς δικαιοτάτους, καὶ τοὺς δύναμιν πολλὴν ἔχοντας, καὶ τοὺς πλησίον κατοικοῦντας· ἐχθροὺς δὲ τοὺς ἐναντίους τούτοις. Πόλεμον δὲ αἱρεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀδικεῖν ἐπιχειροῦντας τὴν πόλιν, ἢ τοὺς φίλους ἢ τοὺς συμμάχους αὐτῆς. Τοὺς δὲ φύλα-
D κας ἀναγκαῖον ἔχειν, ἢ δι᾽ αὐτῶν, ἢ διὰ τῶν συμμάχων, ἢ διὰ ξένων· καὶ πρῶτον μὲν δι᾽ ἑαυτῶν· δεύτερον δὲ, διὰ συμμάχων· τρίτον δὲ, διὰ ξένων. Περὶ δὲ πόρου χρημάτων, κράτιστον μὲν ἀπὸ τῶν ἰδίων προσόδων ἢ κτημάτων· δεύτερον δὲ, ἀπὸ τῶν τιμημάτων· τρίτον δὲ, τῶν πενήτων τὰ σώματα παρεχόντων λειτουργεῖν· τῶν δὲ τεχνιτῶν, ὅπλα· τῶν
E δὲ πλουσίων, χρήματα. Περὶ πολιτείας δὲ, δημοκρατία μὲν ἀρίστη ἐν ᾗ οἱ νόμοι τοῖς ἀρίστοις τὰς τιμὰς ἀπονέμουσι· τὸ δὲ πλῆθος μήτε χειροτονίας, μήτε ψηφοφορίας ἐστέρηται· κακίστη δὲ, ἐν ᾗ τῷ πλήθει παραδιδόασιν οἱ νόμοι τοὺς πλουτοῦντας ὑβρίζειν. Ὀλιγαρχιῶν δέ εἰσι δύο τρόποι. ἢ γὰρ ἐξ ἑταιρείας, ἢ ἀπὸ τῶν τιμημάτων. Ποιεῖσθαι δὲ συμμάχους. ἀναγκαῖον ἐστὶν, ὅταν οἱ πολῖται μὴ
F τυγχάνωσι, δι᾽ ἑαυτῶν δυνατοὶ τὴν χώραν καὶ τὰ φρούρια φυλάττειν, ἢ τοὺς πολεμίους ἀμύνεσθαι. παραιτεῖσθαι δὲ δεῖ συμμαχίαν, ὅταν μὴ ἀνάγκη τις ᾖ ποιεῖσθαι αὐτὴν, ἢ μακρὰν τοῖς τόποις ἀπέχωσι, καὶ ἀδύνατοι ὦσι κατὰ τοὺς προσήκοντας παραγίνεσθαι καιρούς. Πολίτης δὲ ἀγαθός ἐστιν, ὅστις φίλους μὲν χρησιμωτάτους τῇ πόλει παρασκευάζει, ἐχθροὺς δὲ ἐλαχίστους καὶ ἀσθενεστά-